



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Responsa De Ivre Canonico Præsertim Novissimo**

**Zype, Frans van den**

**Antverpiæ, M. DC. XLV.**

Resp. V. Ex clausura an Abbatissa extrahi possit, ex causa inobedientiæ; &  
incorrigibilitatis?

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73071](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-73071)

quàm diu iure multa; possit ad conseruandam famam nominationi assentiri: quod infra famæ iacturam sit. crudelis esse dicitur, qui famam negligit. & cum ex supra citatis authoribus patet, etiam sententiam illorum, qui aiunt corruptam occultè iure non prohiberi Abbatissam fieri, etiam esse probabilem; poterit sic electa eam amplecti. *argumento eorum quæ citat Diana de Opinione probabili.*

## RESPONSVM V.

*Ex clausura an Abbatissa extrahi possit, ex causa inobedientia, & incorrigibilitatis?*

1.  
An ex constitutione Pij V. id admissum?

Plus V. cuius constitutio seruari iussa est in Concilio provinciali Mechliniensi 1608. tit. 24. c. 3. clausuram monialium per egressum vel ingressum infringi vetat, nisi ex iustis arbitrio Ordinarij causis quoad ingressum: quoad verò egressum monialium, adeoque extractionem; ex causis non arbitrio Ordinarij permissis, sed tribus dumtaxat in Piana expressis: alijs exclusis. admittunt tamen aliqui, vt causa correctionis, quæ obtineri non in loco, sed alibi speratur, transferri possint moniales. *vide citatos à Tamburino de iur. Abbatiss. d. 21. q. 3. quasi commune bonum monasterij praualeus priuato id mereatur. & ob crimen simoniæ recipiens, & recepta iubetur de suo monasterio expelli. c. quoniam. X. de simon. quem textum Bonacina negat reuocatum. tamen S. Cong. censuit, monialium nullam sibi subiectionem ex vno monasterio ad aliud transmittere posse locorum Ordinarios, vel superiores regulares, etiam ex causa seditionis, vel incorrigibilitatis, aut criminis perpetrati. Tamburin. ibidem. sed & formant quæ-*

2.  
Non utique ex sententia Interpp. Concil.

tionem in monialibus corrigendis, non in Abbatissis. in his enim, dum fit inquisitio, aliud canones decernunt. *in c. olim. 26. X. de accusat. prouisio*, inquit, *vt nequis in suspendente monachi abbati obediunt, & intendunt.* quod idem in Episcopis statutum est. *in c. nonne. 8. q. 4. sed neque color quærendus est incorrigibilitatis. ad hanc non tantum exigitur aliqua ex ijs causis, quæ à scribentibus solent; sed S. Congregatio decreuit, ne incorrigibiles censeantur, nisi quæ annali carceri in pane & aqua emendant non potuerint. aliaque requiritur antequam eijci aut transferri possint. iterum declarat incorrigibiles moniales eijci non posse Sede Apostolicâ inconsultâ. Tamburin. ibid. q. 4. vbi & ex Sanchez nullam praxim esse contrariam ait. quod & congruit rationi c. fin. X. de regul. & c. periculofo. de stat. monach. in 6. sed neque color ille probari potest quoad extrahendam Abbatissam extra clausuram; qui proponitur, vt veniat visitatum nouum opus. Tamburin. qui dicit communem. *de iure abbatiss. l. 9. q. 4. §. 14.**

## RESPONSVM VI.

*An alyli causa ingredi clausuram liceat?*

Quæsitus ad carcerem iam decretum satellitibus insequentibus, & septa obfidentibus, intra illa fugit M.: presentaneum hunc metum, cadentem in vitam constantem *l. metum autem. D. quod metus*, iure profugum hunc excusare censet Sanchez. *in decal. l. 6. cap. 16. n. 59. Tamburin. de iur. abbatiss. d. 22. q. 3. §. 6. eoquæ & latebræ pertinent, quamuis aliquot dierum, si durat metus, neque est egressus liber. Neque ab alylo excludit, quod sibi ipsi causam metus intulisse delinquendo dicatur, eoquæ*